



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XXXII. Soluitur quarta obiectio ex ratione naturali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

quod in morbum ipse inciderit, responderetur, non est. Ile hoc votum voto continentiae. PRIMVM enim, ille se peccat nō implendo votum, quia voluntatem habet propria & paratam ad votum implendum, non enim vult grotare, sed cogitur. At qui ob morbum concupiscentem vxorem post votum, is non habet voluntatem implendum votum, sed haber contrariam, id est, non implendi; impunit enim contradictionem, quod quis velit continere, ut non & velit vxorem ducere.

DE INDE, ægritudo corporalis non pender à voluntate ægrotantis, incontinentia vero pender. Non enim potest esse dici; Nemo ægrotat, nisi qui vult. At rectissime dicuntur Nemo fornicatur, nisi qui vult. Obediunt enim mentes corporis ad nutum voluntaris.

DENIQUE, sanitas corporalis non est bonum absolu-  
petendum, quia sœpe melior est ægritudo ad vitam eternam  
consequendam, quam sanitas. Vnde nullum existat eu-  
gium Euangelicum de ruenda sanitatem, propter regnum celorum;  
at continentia absolute peri potest, & infallibiliter  
conceditur, si aliunde non sit defectus in oratione, quia  
bonum ad vitam æternam longè utilius, quam Matrimo-  
nium, & propterea consulitur & commendatur per misericordiam  
Scripturis.

## CAPUT XXXII.

*Soluitur quarta obiection ex ratione naturali.*

IL VENDE sunt obiectiones, quas aduersarii sumunt ex variis incommodis, quæ videntur ob-  
sci ex coelibatu. PRIMA ratio. Coelibatus natu-  
rae ipsi repugnare videtur, quæ frustra sexum de-  
uersitatem & vim generatiuam molita erit in homine, sine  
lius est coelibem esse, quam coniugatum.

Hæc ratio Iouinianum est, & iam olim a S. Hieronymo lib. 1. in Iouinianum, refutata. Sed quia rursus a Lutherio in set-  
tione de Matrimonio, & ab Erasmo in Encomio Matrimo-  
nij reuocata in lucem est, respondemus, non esse frustra vim  
generatiuam, & sexuum diuersitatem, etiam si permulti ei  
non videntur ea siquidem, quæ propter bonum speciei indu-

luta

tuta sunt, non dicuntur frustrà, si à quibusdam indiuiduis  
exerceantur, etiam si à multis aliis non exerceantur. alioquin  
enim omnes herbæ, omniaq; poma cum seminibus natcul-  
tur, & tamen paucissima ex eis scruntur.

SECUNDA ratio. Si omnes continerent, mundus peri-  
tet: non igitur oportet omnibus continentiam prædicari. "

Respondent Patres, non esse periculum, ut omnes conti-  
nere velint; semper enim plures erunt imperfecti, quam per-  
fecti, & ideo oportere omnibus prædicari, ut saltem pauci id  
faciant. S. HIERONYMVS libro in Iouianum: *At dices,*  
*inquit, si omnes Virgines fuerint, quomodo stabit genus hu-*  
*manum? Noli metuere, ne omnes Virgines siant. Difficilis res*  
*est Virginitas, & ideo rara, quia difficilis.*

Aliam solutionem adserit S. AUGUSTINVS capit. 10. de  
bono coniugali: *Nous quosdam, qui murmurent, quid si om-  
nes velint ab omni concubitu abstinere, unde subsister genus*  
*humanum? Utinam omnes hoc vellent. Multò curius Dei ci-  
citas completeretur, & acceleraretur terminus seculi.* Hæc  
ille. Quod etiam clariū docet libro de bono viduitatis, ca-  
pit. 23. vnde & Apostolus dixit in 1. Corint. 7. *Volo omnes esse,*  
*sicut meipsum, id est, cælibes.* Quod certè non dixisset, si  
non liceret omnibus cælibatum eligere, etiam si mundus fi-  
niendus esset.

Ex quo intelligimus, non esse certam opinionem eorum,  
qui dicunt, si soli essent in mundo Monachi & Sanctimo-  
niales, debere eos coniungi Mattrimonio ad speciem con-  
seruandam. Possent enim eiusmodi credere mundi finem  
adesse, ac proinde non tenerentur votum violare, ut speciem  
propagarent; si tamen quis defendere velit, quod nonnulli  
probabiliter docent, teneri ad coniugium homines in ex-  
trema illa necessitate conseruandi generis humani, non es-  
set cur votum timeret. Vota enim non possunt præscribere  
contra legem diuinam.

TERTIA ratio. Ex cælibatu tot Monachorum, Sacer-  
dotum, & Sanctimonialium, læditur Christiana Respubli-  
ca, siquidem minuitur numerus Christianorum, nec potest  
commodè resisti multitudini infidelium.

Respondet S. AGBRÖSIVS lib. 3. de virginibus: *Nonnul-  
los, inquit, dixisse, audiri, quod perire mundus, defecit genus*  
*humana.*

humanum, coniugia labefactata sunt. Quaro, quis talium  
quaesivit vxorem, qui non inuenierit? & cetera, quae apud eam  
legere poteris. Sed certè hoc tempore, si qua causa est ipsa  
cœlibatus, sed monogamia est. Turci siquidem habent cum  
suis quosdam religiosos, qui cœlibes esse coguntur; sed id  
valde multiplicantur, quod plures simul uxores habeant.  
Non puto autem aduersarios tam esse cœcos, ut velint eum  
contra Christi legem introducere polygamiam.

Porrò causa, cur Christiani plerumque viribus infec-  
tes sint, cùm est aduersus Turcas pugnandum, non est pa-  
citas hominum, sed discordia Principum Christianorum.  
Alioqui enim Magnus Alexander exiguum exercitum ha-  
buit, sed obedientem & strenuum, ideo totum orbem terrarum  
breui subegit. Romani quoque non multititudine, sed  
arte & disciplina vincebant. Denique, tempore Caroli Ma-  
gni res Christiana mirabiliter floruit, & tamen plurimi nur-  
erant Sacerdotes, Monachi, & Sanctimoniales, qui cœliba-  
tum colebant.

QVARTA ratio. Ex cœlibatu perpetuo non ratiō mor-  
bi oriuntur, qui non aliter curari possunt, quam opera con-  
iugali: igitur temerè votetur eiusmodi cœlibatus. Potest e-  
nim ac debet in eiusmodi casibus votum frangi, ut vita con-  
sulatur. RESPONDEO, nullos morbos ex continentia sed  
ex crapula, & incontinentia omnes, aut ferè omnes nasci.

SED quid si morbus aliunde contractus vsu coniugij co-  
rari posset, & aliter non posset? RESPONDET S. Bonauen-  
tura in 4. dist. 38. art. 2. quæst. vlt. nullo modo licere ob peni-  
culum morbi, vel mortis, votum continentiae violare. PA-  
MO, quia nullus est morbus, qui non possit alia ratione co-  
rari, ut medici periti & pij de hac re consulti respondent, SI-  
CVNDO, quia etiam si nō posset aliter morbus curari, quam  
voti violatione, melior est virtus continentiae, quam aliqua  
prolixitas vitæ corporalis; nam qui dant operam literis, &  
sacris meditationibus, præserim si vitæ asperitatem admittan-  
t, ferè certè sciunt se minuere sibi ipsis vitam, & tamen  
rectè possunt sapientiam, & pietatis accessionem anteponere  
paucis annis vitæ corporalis.

DICES,

DICES, si ieiunij lex, aut votum, corporis valetudini vehementer noceat, potest, ac debet nō seruari; cur igitur non idem dicatur de voto continentia?

RESPOND EBO, non esse eandem rationem ieiunij & continentiae; nam cibus ordinatur per se ad salutem indiuidui; idcirco illo non vti cum necesse est ad salutem conseruandam, virtus est, non virtus, proinde nec voti materia. At coniugij actus non ordinatur per se ad salutem indiuidui, immo potius nocet. Quod si quando professa posset, solūm esset per accidens, neque id omnino certò. non autem licet propter incertum, & per accidens, omittere voti impletionem, quæ certò & per se bona est. & simile est, si quis me velit occidere, nisi furtum faciam. non enim licet furari, etiamsi aliqui teneat seruare vitam; nam furtum non est medium per se institutum ad vitam seruandam, sed solūm per accidens professeret, ex mala alterius voluntate. Refert Martinus CROMERVS lib. 29. de rebus Polonicis, Casimirum quandam regis filium miraculis post obitum claruissime, qui maluerat mori, quam fœminæ admisceri, ut ei medici suadebant. Vide de hoc argumento plura apud Michaëlem Medinam lib. 4. de continentia, controversia 4.

QVINTA ratio. Propensio ad gignendam prolem natu-  
tal is est & bona, quippe quæ etiam in natura integra fuisset, <  
& in omnibus animantibus est: at impedire naturalem, ac <  
bonam propensionem, quod faciunt qui cœlibatum perpe- <  
tuò colunt, peccatum est, cum id nihil sit aliud, quam natu- <  
ræ, ac Deo ipso, qui naturam instituit reluctari: igitur non li- <  
cet cœlibatum perpetuò colere illis, qui propensionem ad <  
gignendum sentiunt. Atque hæc est ratio, ob quam Luthe- <  
rus in sermone de Matrimonio dicere ausus est, non esse pre- <  
ceptum, sed plus quam præceptum, illud: *Crescite, & multi-  
plicamini*, Genes. I.

RESPONDET Michaël Medina libro 4. de continentia  
cap. II. impedire alterum ne operetur iuxta naturalem pro-  
pensionem, vt si quis cogat aliquem perpetuò cōtinere, pec-  
catum esse; non autem esse peccatum impedire in seipso na-  
turalem propensionem, vt si quis spōte sua perpetuò conti-  
neat: quia ius, & iniuria ad alterum referuntur, nec enim al-  
liquis proprij sibi ipse iniuriam facere potest.

At si sita est, cur peccatum erit occidere seipsum? THOMAS in 2. 2. quæst. 64 art. 5. ideo affirmat peccatum esse, seipsum occidere, quod sit contra naturæ propensionem: tEtsi peccatum est occidere se, quia id pugnat cum naturali propensione, cur non erit peccatum nolle filios prout re, cùm id etiam pugnet cum naturali propensione? Fransiscus VICTORIA in relectione de homicidio, & Dominicus à Soto lib. 5. de iustitia & iure, q. 1. art. 5. respondent propensionem ad generandum esse quidem naturalem, tamen conuenire homini, ut homo est, sed ut conuenit cum bestiæ at propensionem ad viuendum, & naturalem esse, & conuenire homini ut homo est: præterea peccatum esse seipsum occidere, quod id sit contra propensionem hominis naturalis: at non generare non esse peccatum, quod non sit contra propensionem propriè humanam.

Sed nō videtur hEc responsio plenè satisfacere; nam propensione ad generandum non est propriè humana, quia elementum communis cum bestiis, certè multò minus propensio ad viuendum erit propriè humana, cùm sic homini communis cum omnibus viuentibus dicent fortassis, generare conuenire homini ratione corporis tantum, viuere autem ratione corporis, & ratione animæ. Athoc loco non differimus nisi de vita corporali. præterea ipsum viuere, & elementum commune est cum aliis rebus? deinde si occidere ipsum esset peccatum, quia est contra naturalem hominis propensionem: certè etiā velle occidi ab alio & optare mortem, esset peccatum, quia id etiam est contra hominis propensionem naturalem; nam Ioan. 21. Petro dicitur: *Cum fueris alius cinget te, & ducer quod tu non sis.* Et 2. Corin. Paulus ait: *Cupimus non spoliari, sed superuestiri.* Et tamquam quis dixerit peccasse eundem Paulum, cùm ait: *Cupio dispergi, & esse cum Christo.* Philippen. 1. & S. Ignatium, cùm ipse scribit in epistola ad Romanos, summo ardore cuperet bestiis devorari.

Denique constat, consilium esse sanctissimum, cùm quis inuiditur a latrone, & non potest mortem evadere, nihil latronem occidendo, ut mortem potius oppetat, quam inferat, etiamsi id maximè videatur contra naturæ inclinationem.

RESPON.

RESPONDEO igitur, duplicem esse hominis inclinationem naturalem; nam in rem absolutè, & secundum se consideratam; alteram in rem consideratam cum omnibus circumstantiis. Nam si consideres mortem secundum se, morbum, jejunium, atque alia id genus, naturaliter abhorrebis. *mors secundum se est mortis etiam aliud.* At si consideres mortem, morbum, & similia, ut materiam patientiae, ut viam ad cœlum, ut occasionem glorificandi Deum, iam incipies affici & appetere. Quia verò posterior propeasias sola est verè, ac propriè humana, quia est secundū rectum iudicium rationis, ideo cōtra illam facere peccatum est. Est enim id pugnare cum ratione, atq; ideo cum ipso iure naturæ, & cum Deo auctore naturæ.

Porrò cœlibatus et si est contra priorem inclinationem, non tamen contra posteriorem, immò conformis est posteriori illi inclinationi, quia est medium ad purius, & seruentius amandum Deum. At occisio sui ipsius est cōtra utramq; inclinationē, nisi forte à Deo præcipiatut. idcirco nunquam licet semper ipsum occidere, nisi Deus iubeat; nam si Deus iubeat, poterit appeti ut mediū ad maius bonum, id est, ad implendam Dei voluntatem, & gratiam eius promerendam: *Melior est enim misericordia Domini super vitas, Psal. 62.* At extra hunc casum, nunquam potest esse medium ad maius bonum; nam bona omnia vel corporalia, vel spiritualia sunt; corporalium fundamentum est vita, idcirco fieri non potest, ut occisio sit medium ad maius bonum corporale. spiritualia verò sunt actus liberi arbitrij, proinde à voluntate pendent, nec est ullum eiusmodi bonum, quod non possit haberi sine sui ipsius occidente.

SEXTA ratio. Virginitas non est virtus, sed res omnino indifferens; nam virtutes per se expertuntur, virginitas autem non est bona, nec appetibilis, nisi relata ad aliud, id est, ad Deum purius orandum & colendum. Præterea virtutibus omnibus contraria sunt vitia, virginitati autem nullum opponitur vitium, non igitur virginitas materia voti esse potest.

RESPONDEO, virginitatem absolutè consideratam, ut solùm dicit negationem quandam coniugij, non esse virtutem: sed eandem, ut est perfecta quædam refrænatio concupiscentiæ, & proinde medium ad melius, ac purius. Deum

Z Z z 4 colen-

358 Cap. XXXII. De Monachis. Lib. II.

colendum, omnino esse virtutem, immo ut S. FVLGENIUS  
notauit in epist. 3. cap. 4. adeo virtus est virginitas, ut a virue  
nomen acceperit; quomodo etiam mortem appetere obli-  
lute non est virtus, tamen mortem appetere ad fidem, ad  
patriam defendendam, virtus est fortitudinis. Verum eti-  
men virginitatem antequam Deo per votum consecratur  
esse virtutem specialem, & ideo non habere contrarium  
tum. Estenim, si absque voto consideretur, ictus quidem  
perfectus, & heroicus temperantiae, & idcirco non virtutem  
opponitur, sed aliquid minus bonum. Vitia enim oppo-  
nuntur actibus necessariis virtutum, non autem actibus per-  
itis, & heroicis. Vide S. Thomam in 2. 2. q. 152.

„ SEPTIMA ratio est Erasmi in colloquio Proci & Paci.  
„ Ix, vbi petulantissime loquitur; Pomarium melius est, quod  
„ post flores fructus parturit; vitis melior, quae amplemp-  
„ lum, vel vlmum, uis grauida est, quam quae humi imp-  
„ computrescit; rosa felicior, quae manu hominis attra-  
„ delectans interim oculos, & narcs, quam quae senescit in in-  
„ tice; vinum felicius, quod bibitur antequam aescat. expe-  
„ bus illud efficere contendit, ut coniugium melius, mag-  
„ que experendum videatur, quam cœlibatus. Illud etiam de-  
„ dit, vnam virginem si nubat, posse multas virgines parer-  
„ proinde si virginitas placet, non posse nuptias virginum di-  
„ plicere, quae hoc ipsum, quod tantoperè placet, cum fecer-  
„ reddunt.

Sed eiusmodi argumenta talia sunt, qualia equi & canis  
si loqui possent, proponeret, quippe qui nihil melius nou-  
runt corporis deliciis. at Christianos qualesunque, quibus  
regnum cœlorum patria est, vita præsens exilium, audet  
Christus virgo de virginie, & virginitatis prædicator, mirum  
est potuisse eo modo argumentari; nam virgo Christiana  
non habet flores sine fructibus, immo fructum haberet  
trigesimum, cum coniugium non habeat nisi trigesimum, ut  
Patres colligunt ex cap. 13. Matth. vnde S. AVGUSTINUS  
bro de sancta virginitate, cap. 8. Nulla, inquit, carnis facun-  
ditas sancta Virginitati, etiam carnis, potest comparari. Et S.  
AMBROSIUS lib. 1. de virginibus: Conferamus, inquit, bona  
mulierum cum gloriosis Virginum, iactet licet facundo se mulier  
nobilis partu, &c. Et S. quoque HIERONYMVS in epist. ad  
Deme-

Demetriadem, & in epist. 22. ad Eustochiū, idem argumentum fusè diluit.

Sed Erasmus non habuit fortè oculos, quibus fructus virginum conspici possunt: *Animalis enim homo non percipit ea que sunt spiritus*, 1. Cor. 2. Par ratione nō est virgo Christiana vitiis humi iacens, & putrescens, sed est vīmo nobilissimæ adhærēs, Christo desponsa, eiusq; spiritu grauida, ut pulchritè docet S. Fulgentius in epist. 3. ad Probam, cap. 4.

Deniq;, virgo Christiana nō est rosa in frutice senescens, aut vinum acescens, sed perpetuò florens, & vigens. Coniugia enim marcescunt, & acescunt, quippe quæ finem habitura sunt: virginitatis autem flos hīc incipit, & in futura vita perficitur, vbi nemo nubit, sed omnes sunt velut Angeli Dei.

Portò, quod addit Erasmus, ex nuptiis virgines nasci, eleganter refellit S. AVGVSTINVS libro de sancta virginitate, c. 10. Nam, inquit, ne illo quidem debent continentium meritis se conferre coniugia, quod ex eis virgines procreantur. Hoc enim non coniugij bonum est, sed natura, quæ sic diuinitus instituta est, & quolibet humano & trinq; sexus concubitu sive ordinato, & honesto, sive turpi, & illicito, nulla fæmina, nisi Virgo nascatur. Ita sit. Se Virgo nascatur etiam de stupro, sacra autem Virgo nec de coniugio. Hæc ille.

### C A P V T    XXXIII.

#### *Soluitur obiectio quinta ex Conciliis.*

BUICIVNT aduersarij quoq; testimonia Conciliorum & Patriū, quæ tamen nullo negotio solui poterunt. PRIMVM testimoniu est Concilij An-cyrani, can. 19. *Quotquot virginitatem pollicitam prævaricari sunt, professione contempta, inter bigamos habentur.* Hoc testimonium profert Ioannes Brentius in prolegomenis contra Petru à Soto, vt inde probet Matrimonium post votum non esse peccatum, cùm constet digamiam peccatum non esse. Sed malè Ioannes Brentius ratiocinatur; nam Concilium non docet, eos, qui ducunt uxorem post votum, verè esse digamos, sed in pœnam peccati facit eos inhabiles ad sacerdotium, ac si digami essent; ex eo autem quod eiusmodi homines à Concilio puniuntur, non potest colligi